



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 13. Sacerdotes animarum saluti magno Zelo incumbant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

Lib. 18. Moral. c. 8.

Quantum anima inferioribus delectatur, tantū frigeſcit in ſupernis.

Sancti quidquid mundi eſt, derident.

Lib. 28. Moral. c. 13.

Suum quoque ſymbolum huc conferens Gregorius ait, *Quando acriori cura anima inardescit in infimis, tanto tēpore damnabili frigeſcit à ſummis.* necesse porro eſt animum aliqua delectatione perfrui, neque enim eſſe aut viuere ſine voluptate poteſt, quam vel in infimis vel in ſummis ſeam oportet. Quantò vero amplius cæleſtibus adheret & diuinis, tanto maiori affectu terrena negligit ac deſpicit. Cæleſtia igitur anima mea, conſectare, eorum amore inardescere, in terrenorum verò dilectione frigeſce & congelasce.

Vnde idem alio quodam loco ait, animas ſanctorum quidquid tranſitorium eſt deſpicere, & ſub ſe videre fluere, quidquid in ſoleſcere cogit, non niſi fluxum & tranſitum habet: ac velut in theatro collocatas, diſpicere, quidquid in mundo eſt, tantum illis ſubiectum eſſe, quantum illæ ſe ipſas verius Creatori omnium ſubiecerint, atque inde cuncta tranſcendere, vnde creatori cunctorum vera ſe humilitate ſubſtraunt. Hoc modo vitam inſtituite Sacerdotes, & rerum temporalium vanitatem agnoſcentes, diſcite quoque quod eas modo contemnere debeatis.

CAPVT. XIII.

Sacerdotes animarum ſaluti magno zelo incumbant.

Sacerdotes omnia relinquere debent vt animabus ſuccurrant. Exod. 32.

Magnus ille legiſlator Moyses dū cum Deo in montis vertice loqueretur, & inſinito eodem è colloquio voluptatem perciperet, populus verò ad montis pedem vitulos adoraret aureos, mox vt descenderet, & voluptatem terrarum

terrumperet, imperavit Dens, ut scilicet populum peccantem castigaret. & idololatriam compesceret, *Descende, quia peccavit populus tuus hic.* Quo iam tum mysterio denotabatur, populo peccante & idolorum cultui indulgente, Sacerdotes & pastores omnia, imo vel maximas voluptates, relinquere debere, animabus lapsis ut succurrant. quod feruens eos trahat zelus, & ad quod faciendum ipsa charitas urget & obligat.

Rex Sodomorum cum, quinque regibus profugatis, de spoliis prædaque diuidenda cum Abrahamo ageret, ait, *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* Hoc, quoque sinceri & cordati Sacerdotis sit votum nihil scilicet præter animarum salutem concupiscere, & earum intuitu quidquid in mundo est despiciere.

Christus apud Ioannem de boni pastoris qualitatibus dotibusque agens, ait inter cetera, *Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.* Parabolice illæ locutiones dicere volebant, illum qui pastoris aut saltem Sacerdotis titulo insignitus est, vitam suam & animam impendere debere.

Inter ceteras legis Mosaicæ sanctiones, quæ Leuitas concernebant hæc imprimis eminebat, *Leuita per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi.* Designare hoc volebat, Sacerdotes Euangelicos semper excubare & vigilare circum Ecclesiam debere, ut scilicet inimicos detegant, & animarum sibi creditarum salutem procurent.

Iacob Patriarcha apud socerum suum Labanum se purgans, inter prima excusationis capita curam & sollicitudinem, quam hactenus in pascendo gre-

Salutem animarum rebus omnibus præferant.

Gen. 14.

Sacerdos vitam suam exponat pro animarum salute.

Ioan. 10.

saluti animarum inuigilant.

Num. 1.

Gen. 34.

Bonorum
Pastorum
exemplum
Iacob.

do grege ostenderat, & laborem quem tolera-
rat enarravit dicens, *Diu noctuq; astu urgebat &
gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, & sic per
viginti annos seruiui tibi.* Iacob bonorum pasto-
rum typus fuit & imago, & norma & gnomon, ad
quem se efformare deberent, quibus noctu diu
vigilandum, omniaque molestiarum & difficul-
tatum genera ad gregis conseruationem, tole-
randa.

Zelus ani-
marum in
Paulo.
2. Cor. 11.

Apostolus curam, quam fidelium omnium
habebat, Corinthijs scribens exaggerat, *Præter
illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana
solicitude omnium Ecclesiarum: quis infirmatur, &
ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non pro
zelo & affectu tenerrimo.* Ad huius exemplum
vitam instituite Sacerdotes, tantamque paræcia-
rum vobis concreditarum curam habeatis oportet,
ut cum aliquis infirmatur, vos ægritudinis
illius participes sitis; quando scandalum ali-
quod aut offendiculum acciderit, ita in cordibus
vestris zelus exardescat, non prius ut dormiat
desistat sue, quam ab Ecclesijs illud vestris pro-
pulsaueritis.

Sacerdotes
animarum
reddent ra-
tionem.

*Obedite præpositis vestris, & subiaceteis ipsi
enim peruigilant, quasi rationem pro animabus
vestris reddituri.* Hinc discite, Curiones, quan-
topere super populum vobis commissum sit vi-
gilandum, cum tam exacta animarum in die iu-
dicii coram Deo vobis reddenda sit ratio.

Hebr. 13.

Semper vi-
gilet.
1. Pet. 5.

*Fratres sobrii estote, ait Apostolorum Princeps,
& vigilate, quia aduersarius vester diabolus tan-
quam leo rugiens circuit quærens quem deuoret;* vo-
bis o Pastores, hoc insuffurat imprimis Apostolus,
vestrum est vigilare & semper in dioecesum ve-
strarum

strarum vallo excubare, inimici imperū vt frangatis, & ne animæ perditionem incurrant, impediantur.

Sanctas suas affectiones corā Deo recensens David, zelum suum imprimis commendat, *zelus domus tue comedit me*, & sancti cultus tui honorem semper spectavi. Boni Sacerdotes & Religiosi idē dicere omnino deberent, gloriæ Dei zelo æstuant, & vnicum Ecclesiæ illius honorem spectantes.

Zelus David erga honorem Dei. *psal. 68.*

Propheta Elias postquam omnes PseudoProphetas Baal interfecisset, quasi re benè generoseq; gesta apud Deum gloriatur dicens, *zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel*, &c. Prophetam hunc imitatur Sacerdotes, qui sancto quodam zelo acti derinant in peccata debacchantur, magnoperè dolentes, quod mandata Dei in hoc mundo neglectui habeantur, sanctaque eiusdem instituta pessumdentur.

3 Reg. 19.
Doleant Sacerdotes si Deum irritari videntur.

Peccata hominum indignè ferebat Psalmodigraphus, atque ideo æstuante zelo accensus dicebat, *Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Huc etiam Religiosos suustrahat zelus oportet, vt scilicet aduersus peccatores insurgant, & vniuersum terrarum orbem in ipsos concitent, & acre bellum delictis mortalium moueant.

Non tolerabat peccatores David. *psal. 93.*

Psalmo 118. vbi vulgata interpretatio legit, *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.* alius quidam interpretantur *Horror tenuit me*: quibus verbis magni honoris diuini zelum ostendit: si verò

Horroris cum peccatores videret. *psal. 118.*

similem sacerdotes haberent, deficerent haud dubiè, videntes tot tamque enormibus Deum peccatis ad iracundiam prouocari: imo exhorrescerent viso tot scelera aduersus diuinam maiestatem committi.

Moyfis zelus.

Exod 32.

Zelantem se declarauit Moses tum Diuini honoris tum verò salutis animarum, cum Hebræorum post admissam idololatriam apud Deum causam patrocinando ageret dicens, *Aut dimitte es hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti.* Legislatoris huius exemplo, Sacerdotes & Religiosi, zelosos ad peccata abolenda apud Deum intercedere, imo potiùs è libro vitæ deleri malle, quàm vt vllum animæ detrimentum caperent, oporteret.

Rom. 9.

Paulus anathema esse vult pro fratribus.

Apostolus quoque Zelum suum deprædicans Romanis scribens ait, *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis:* id est repudiari quodammodo & reijci à Christo, vt fratres saltem Iudæi salutis compotes fierent. Idem agat vir pius, atque inprimis Sacerdos, & si vemicam Zeli habet, optet & malit excommunicatione feriri, & anathematis flagellum perpeti, quàm videre Christianos damnationem incurere, & animas in interitum ruere; Huc vero Christiana nos impellit charitas, & zelus ad nostris ipsorum contemptum inuitat.

Heb. 2. 13.

Ita pastores vigilent ne quædam animam aufert.

Prosper hæc Apostoli verba exponens, *Ipsi peruiuant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* ait, ostendit Apostolus, quantam commissarum sibi animarum habere Sacerdotes curam debeant, qui tum in vitæ actionibus tum in prædicatione inaniter excubantes, veterani illius inimici insidias & nequitiam

tiam detegunt atq; intercipiunt, ne fortè pastore
 stertente, infernalis ille lupus solita versutia sua
 & artibus subdolis ouiculâ quampiam abripiat,
 & magno pastoris damno perpetuâ eam secum
 damnationi inuoluat. Hic igitur vigilandum est
 pastores, itaq; super gregem excubandum, ne
 quam communis ille hostis violenter animam
 auferat.

Magnus Propheta Ezechiël animalia nobis de-
 pingit vndiquaque oculata & visus perspicacissi-
 mi oculatissimi que, *Omne corpus, & colla, & ma-
 nus, & penna & circuli plena erant oculis in circuitu
 quatuor rotarum.* Allegoricè hoc & mytticè si ac-
 ceperimus eruemus, Sacerdotes & pastores, quo-
 rum animalia hæc imago, plenos oculis esse &
 oculatos debere, vt circumquaque respiciant, si-
 mulque hic tacitè innui, quanta illis opus sit in
 animarum creditarum salute procuranda vigi-
 lantia & circumspetione.

Isidorus Pelusiota huic expositioni suffraga-
 tus ait, Sacerdotem Domini, eo quo ad diuinita-
 tem quam proxime accedat, non nisi oculum esse
 debere & horum animalium exemplo circumun-
 diq; explorare, nequid fideles detrimèti capiant.
 Hoc respicite Sacerdotes, ac vobiscum cogitate
 tantam tamque periculosam animarum curam
 esse, vt ad dignè ijs prospiciendum ac diligenter
 excubandum, vnus non sufficiat oculus, aut bini,
 sed magna multitudo.

Idem propemodum habet Chrysostronus. *sapi-
 entissimum esse oportet, & in omnibus perspicacem
 Sacerdotem, & mille, vt aiunt, oculos omni ex parte
 habentem, neq; enim sibi dumtaxat, sed vniuersæ
 reip. viuit.* Verè ita se res habet, Sacerdotes; non

Sacerdotes
 animali-
 bus Eze-
 chielis si-
 miles.
Ezech. 10.

Sint oculis
 plen.
*Lib. 1. Epist.
 151.*

Sacerdos
 non sibi
 soli sed o-
 mnibus vi-
 uit.
*Lib. 3. de Sa-
 cerd.*

R 5 vobis

vobis ipsis vos solum, sed publico viuere, prudentes igitur estote, sapientes, atque oculos per omnia circumferte, vt ita omnibus salutem adferatis.

**Quis verus
animarum
zelus.**

Zelus animarum, ait Albertus Magnus, *verus & perfectus est, quando aliquis sanctis meditationibus, feruentibus desiderijs, lacrymis & precibus, vigilijs & ieiunijs alijsq; bonis operibus pro salute animarum laborat.* Vos igitur, quibus animarum cura concredita est, hoc vos modo in earum directione gerite, si zelum vestrum ostendere velit.

*Gloss. in
Psal. 68.
In quo verus
zelus
animarum
fitus.*

Zelus bonus est Spiritus ardor, & generosus quidam & heroicus æstus, quo anima excitatur & inardescit, cū timores humani, si quando veritatis defensio suscipienda est, ingruunt: & eo magis commendabilis, quo quælibet praua quæ videtur, corrigere satagit: si nequit, tolerat & gemit. Vnde efficio Zelum tum in peccatis castigandis, tum honore diuino protegendo, virtute defendenda vitijsque refrugandis consistere.

**Animarū
zelus ma-
gnum sa-
crificiū est.**
*Hom. 12. in
Ezecho*

Adhæc nullum omnipotenti Deo tale est, zelum Gregorio, sacrificium, quale est Zelus animarum, idque propter regiam sanctissimæ Trinitatis imaginem essentia earum tabulæ insculptam. Illud est, Quando, o Sacerdotes in officijs & dignitatibus vestris zelum aliquem præferis, & igneo quodam amore animarum salutem procuratis gratissimum Domino DEO Sacrificium obfertis.

*Ambros. in
Psal. 118. in
illa verba
Tabescere
me fecit.*

Zelum igitur habeat Sacerdos, sed imprimis eum quo Ecclesiæ castitatem integrā & conseruatam vult, ideoque Sacerdotum Princeps dixit *Zelus domus tua comedit me.* Phinees quoque magis

gnus ille Mosaicæ legis æmulator, Sacerdos erat Quis zelus
& Sacerdotis tum filius tum nepos : atque ita ze- Sacerdoti
lus Sacerdoti bonus & utilis est, ne ita torpescat necessarius
& præ segnitie & negligentia stertat aut tepeat;
fatus namque est vnus aut duorum damnatione
plures salutem nancisci, quam vt in duorum sal-
uatione plures damnationis periculum adeant:
Hancigitur lectionem retinete Sacerdotes, in
munijs vestris estote diligentes & gnauj, inque
officijs zelum & ardorem ostendite, & paucis vt
complectar, honoris diuini & salutis animarum
vos amatores æmulatoresque ostendite.

DE EXTERIORIBVS SACER-
DOTVM DOTIBVS.
CAPVT XIII.

Sacerdotes sobrii sint.

Apostolus

Magnus Apostolus Paulus Romanos allocu- ad sobrie-
tus, hac eos oratione ad sobrietatem ad- tatem suos
hortatus est, *fratres, abijciamus opera tenebrarum adhorta-
& induamur arma lucis, sicut in die honestè ambule- tur.*
mus, non in comestationibus & ebrietatibus, non in Rom. 13
cubilibus & impudicijs, non in contentione & æ-
mulatione. Crediderim Apostolicam hanc paræ-
nesin Sacerdotes imprimis concernere, atque ad
illos potissimum comestationum & ebrietatum
fugam, vitiorum repudium, dissolutionum vale-
dictionem, & sinceram vitæ honestatem spe-
ctare.

Quin & idem Doctor, alio in loco eadem Rom. 14.
Regnum
inculcans, ait, *Non est DEI regnum esca & Dei non sit
potus; sed iustitia pax, & gaudium Spiritus. tum est in
Sacerdotibus hic loqui videtur & dicere, si epulis.
regni*